Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30288
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



Tranquillus dixit. Si hodie anulum
habentem gemmam preciosam videas in
cloaca atq; in sterquilinio volutantem.
& ad hunc eruendum mittas servos tuos.
illi autem nec illum potuerint liberare. si
se ipsos de quo illum conant eripere. in
eo se polluerint. postea u tu ipse depones
has sericas quib; induitus es vestes. in
duas te servile tunica. & descendens in
cloacam. mittis manus tuas in
sterqu. & aureum anulum simul & gem
mam tuis manib; repsentas. tunc om
nes amicos tuos invitas ad epulas. &
letaris sup anulum & gemmam. qd sint
de nimis squaloribus liban. Prefectus
dixit. Hanc apositionem ad cui simili
tudinem attulisti. Tranquillus respon
dit. Vt ostenderem tibi unum dm invisi
bilem nos colere. Prefectus dixit. Et
qd est aurum. & que est gemma. que in ster
quilinio volutabatur. Tranquillus
respondit. Aurum corpus hominis est.
gemma u anima que in ipso inclusa
est. Corpus enim & anima unum hominem
faciunt. quom aurum & gemma unum
anulum facere cōpbantur. si. quantum us
q; preciosus sit anulus. longe sanus homo
preciosior est in centuplum apo. Tu misis
ti servos ut anulum de sordib; eriperet.
& nulla ratione eum eripere valuerunt.
Visit & ipsas suos ds de celo loquens
ad eos. ut humanum genus a sordibus
hui mundi eriperent. & nulla omnino
hoc facere instancia potuerunt. Tu de
posuisti auratas vestes. & servili indu
mento induitus. descendisti in cloacam
& manus tuas misisti in sordib. ut
anulum de sordib; liberares. ita & ma
iestas dni xpi exuit se diuinitatis
suae splendore. & induit se servili indu
mento. & huc in cloacam hui mundi de
celo descendens. misit manus suas in
sordibus passionum. que meritis
nris debebantur. quas in semetip
so suscipiens. qle nos suos redegit di
gnos. Hunc qui p incredulitatem volu
tabamur in squaloribus mundi. p fi
dem abluit a sordib. diuinis suis ma
nibus ut ille tuus anulus restitui.
Hum qd servi qui te negauerint dm su
um dum te in habitu servili respicent.
ni potuerunt ut rebelles occidi. Ita & q
negant xpm dnm suum. p hoc qd semet
ipsum a maiestate exinanuit. & forma
servi suscepit. nullatenus poterit etiam ignis
penas euadere. Ideo denuq; nobis qui in eum
credimus etiam fontis unda subuenit. ut et
nus ignis ab etno fonte uincatur. & ex
tinguatur. & infidelitas a fidelitate supe
ratur. Prefectus dixit. Vt video si ut filios
tuos ab hac intentione tolleres. popo
scisse pbaris inducias. si. ut has anules
fabulas ad mea tribunalia meditatas
afferres. Tranquillus dixit. Non medi
tantur discipli xpi. qd in conspectu iu
dicum p sequantur. Sic enim monuit nos
dns dicens. Quando potestatib hui mun
di uos causa mei nominis tradiderit.
nolite cogitare quom aut qd loquam
m. dabit enim uobis diuinum qd dicatis.
Non enim uos estis qui loquimini. si spe
di loquit in uobis. Non enim meditando
ego si credendo inuenio creatorem meum.
& qui eram podagico & cyriagico dolore
contortus. & quassus. statim ut xpo credi
di. ac si puerulus omnium membrorum me
orum recepi sanitatem. Constat animam meam
ipsum creasse qui me renouare dignatus
est. & sicut dedit restaurationem corpori. ita
quoq; anime post istam uitam remisit
eternam requiem. etiamq; gaudium possi
dere. si tm non dubitem nec timeam hominum
terroribus frangar. si in eius nominis con
fessione pdurans. fide integra qua me
ds inuenire prestitit conseruo. Prefect
dixit. Ignoras tranquillime quanta in
uictissimos principum erga xpianos ira
desiuit. & ido quasi securus qd it uidet
sine timore psequeris. Tranquillus dixit.
Stultus timor est. qd plus timet hu
mana indignatio qua diuina. Hum qd
si in medio canum latrantium uenerim.
& uano furore ceperint nos suis mor
sib attrectare. nunqd possunt nobis de
animo tollere hoc qd nos homines
sumus racionabiles. fide xpi tenen
tes. et sunt illi irracionabiles. & insani.
Ita qui nobis recte credentib uascunt
canes sunt. seuire possunt. & inferre in
qua supplicia. nunqua tm de corde mo hoc
auferre poterit. qd dum ihm xpm & cre
atorem nrm esse credimus. & redeptorem. & re
stauratorem gaudemus. Hec eo dicente. pre
fectus iussit eum recipi. a commentatus
dies. Prima te audiam. Post hec tenen
tur Marcellianus & Marcus. & ligati am
bo ad stipitem. in pedib accutos accipi
unt. Quib dicebat insanissimi iudex.